

Leo Decimus.

plenam & liberam licentiam elargimur.
Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum,
Anno Incarnationis Domini millefimo
quingentelimo tertiodécimo, Nonis No-
vembri, Pontificatus Nostri Anno primo.

V.

Reformatio omnium Officiorum Romanæ
Curie in Sacro Ecumenico Concilio
confirmata.

LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.
Sacro approbante Concilio.

Proemium. **P**astoralis officii divina providentia nobis injunctæ vigil cura nos admonet, ut diligenter Patris familias exemplo, qui in agro suo bonum semen sparsum, & in Evangelio a Domino contemnatur, Romanam Curiam hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum peculiarē agrum iustitiae, ac prudentiē sarculo nocentes quascumque herbas eruentes a zizanis, & inimicus homo supersemivit, & que ambitionis, & avaritiae fonte irrigata supra modum iuvaluerunt, purgemos, & emendandum reddamus, quod omni folertia & labore facere studentes dilectos filios Romanæ Curie Officiales, qui nimia superiorum lenitatem, & mansuetudinem, temporum quoque licentia abusi, & ut private sive commodati, & avaritiae omnium malorum radici satisfacerint, honestatis, ac justitiae terminos præfixos jampridem transgressi fuerunt, & antiquas justasque officiorum suorum institutiones neglexerunt ad veterem legitimamque observantie lineam reducere statuimus,

Hec reformatio fuit a Julio II. Nonnullis Cardinalibus demandata, & deinde a Leone, & toto Concilio confirmata.

§.1. Ac propterea, quæ circa præmissa in futurum servare, & a quibus abstine-re debeant clare aperteque ad omnes excusationes tollendas præscribere, graviore que poenas, si quis auctu temerario aduersus Constitutiones nostras fecerit, appone-re volentes, Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus per literas se:re: Julii Papæ II, Prædecessoris Nostri super ejusmodi reformatio editas deputatis executoriibus ac aliis insuper, qui a nobis, præfato Julio, sicut Domino placuit, a medio sublato, divina favente Clementia ad summum Apostolatus apicem assumptis, & hanc per quam necessariam officialium Reformatio-nem, quam idem Julius absolvere non valuit, sequi, & hoc approbante Sacro Con-cilio ad optatum finem perducere volenti-bus additi fuerunt, expresse mandavimus, ut juxta ordinem sibi traditum officiales, quibus per præfati Julii literas, quid in fu-turum servare deberent, declaratum & expressum non fuerat, ad tollendum eis omnes, quas prætendere possint, excusationes, vocaret, eisque & eorum juribus diligenter auditis, & omnibus cognitis mo-

derationes Taxarum & emolumendorum, quas impostorum absque excusatione ser-vare, & a quibus abstinerent, declararent, atque decernerent; Nobisque postmodum, & huic Sacro Lateranen. Concilio referrent, ut pro eorum inviolabi-li, ac perpetua observatione Apostolicae au-toritatis & Sacri Concilii munimine, & approbatione corroborarentur, prout in cedula octava sessionis latius continentur.

§.2. Per quos Cardinales, ac eis adjun-citos Prælatos diligent investigatione adhi-bitæ & querelis contra Officialium excep-tus, in quibus peccare dicebantur, necnon ipsorum Officialium defensionibus auditis & examinatis, ac super his pluribus Congregationibus habitis, quibus nos pro ma-jori parte personaliter interesse voluimus, & omnibus mature discussis, ac demum in Confistorio nostro secreto relatione facta, & in Congregatione Prelatorum palam, quæ facta fuerant, recitatis, infra scriptas reformatio[n]es juxta eorumdem Cardinalium deputatorum moderationes, & taxarum reductiones, correctionesque, ac mandata, & prohibitions ad Dei omnipotens laudem, & nostrum & hujus Sanctæ Sedis honorem, ac fidelium omnium relevamen, & exonerationem fecimus, quas in omnibus, & per omnia in posterum perpetuis futuris temporibus inviolabiliter & inconculce, ac sine aliqua diminutione vel transgressione sub incurso penarum in literis Julii Prædecessoris hujusmodi contentarum, & nostris sacro approbante Con-cilio in proxima præcedenti octava sessione leculis, ac publicatis expref[s]arum, prout in il-lis continetur, servari volumus.

§.3. Ac si qui transgresores ejusmodi nostrarum ordinationum de præsenti fuerint, per eosdem Cardinales, ac eis adjun-citos acerrime puniri volumus, ut illorum exemplum ceteri ab ejusmodi deterreantur excepibus.

§.4. Qua quidem provisione nostra in futurum arbitramur, ut omnes Christi-fideles ad hanc Sanctam Apostolicam Sedem pro gratiis, & justitia veluti ad benignam matrem confugientes, postquam votis suis nulla indebita exactio vexati, fatisfecer-int, ad propria non sine summa hujus Sedis laude remeare valeant. Et ne qui-spam licet absens callida Sollicitatorum, fraude decipi, aut aliquo modo circumveniri possit, quanta pro unaquaque re mercede summa Officialibus pro labore suo per solvi debeat, omnibus certum ac no-tum per infrascripta esse volumus.

Magistri Ceremoniarum.

§.5. In primis quod cum Magistri Cæ-remoniarij haec tenus ratione Pallii hujus Ecclesiæ, cuius ratione Pallium dari con-sueverat, unum ducatum pro centenario summa, ad quam ipsius Ecclesiæ fructus in libris Camerae taxati reperiuntur, haec tenus capere consueverint, permittimus, quod ipsi de cetero pro traditionis dicti Pallii ro-gitu tres pro Ecclesia; cuius fructus ad quin-

Quæ deinde
publicata cum
fuerit, servari
præcipitur.

Sub pennis in
figendis.

Lata, & Ro-
manæ con-
figentes pro
gratia, vel ju-
stitia con-
quenda a Sol-
licitatoribus
non gravat.

quingentos, pro Ecclesia vero cujus fructus ad mille ducatos in libris Camerae hu-jufmodi taxati reperiuntur, quinque, ab inde supra cuiuscumque taxæ fuerint fructus Ecclesiæ, non ultra decem ducatos dumtaxat capiant. Pro creatione centum pro quolibet, pro obito vero Cardinalium quinquaginta ducatos, & nihil ultra in uten-silium vel alii rebus inter ambos capiant. Pro creatione vero Duci vel Capitanei aut Confalonieri S.R.E. recipient, quod haec tenus recipere consueverunt & non ultra. Cum Miles creatur vel affisus tres, ad unius Regis quotcumque numero fuerint, non ultra decem, a Principiis aut Communi-tatis cuiuslibet oratoribus ultra quinque ducatos etiam a sponte solventibus recipere non valeant. Atque ita demum si eos comitati fuerint, Quod si in præmissis de-liquierint vel ipsos oratores comitati non fuerint, domus nostræ Magister ex provi-sionibus per depositarium nostrum eis sol-vendis emolumenta unius mensis retineri & sibi solvi faciat. Pro Ense vel Rosa ex confutudine Romanæ Ecclesiæ Principiis tradenda per Romanum Pontificem antiqua servetur consuetudo. Pro jura-mento in manibus primi Diaconi Cardina-lis per præsentes in Romana Curia promoto-s ad Ecclesiæ, & ad Monasteria confi-storialia, seu per illos, quibus illa com-mendantur præstante, præter duos duca-tos cum dimidio alterius simili ducati nihil omnino exigant. Cardinalibus, & Præ-latis celebraturis debita reverentia, & châ-ritate assistant, eosque quid deceat, quid necessarium sit, quantum esse opportunum viderint, sincere admoneant sine aliqua mercede. Non posit quispiam de cetero, qui Episcopus sit, Magister etiam esse Cæ-remoniarij, sed statim cum hujusmodi of-ficiu obtinet ad Cathedralem Ecclesiæ promovebitur, officium ipsum vacare in-telligatur, qui tamen Præsidens remanere posse de consensu nostro vel successorum, nostrorum Romanorum Pontificum, & voluntate Magistrorum pro tempore exi-stentium. Ut autem sufficienter omnia & cum plena universorum satisfactione regan-tur, Ultramontanus alterum, alterum. Citramontanum esse Magistrorum volumus in futurum, duosque substitutos idoneos reti-nere, ut Cæremoniarij peritiam capi-tes, qui in Cappella nostra & Curia ser-viant continue, idonei reperiantur sine tam-en Magistrorum præjudicio, sed Clerici diœsi Cappellæ existant cum honoribus & emolumenis consuetis, legatique mittendi ad diversas mundi partes interviant sine Curi detimento. Pro exequis Pontificis centum inter ambo, pro creatione vero ejusdem ducentos ducatos & vestes & funalia seu torcas Sacrificii dumtaxat capere, possint. Ad exequias vero inferiorum Pre-latorum & Oratorum unus eorum dumtaxat, & si vocatus fuerit accedere & duos ducatos, & quatuor funeralia seu torcas, quæ in elevatione Corporis Christi accen-duntur, dumtaxat habere & exigere non de-beant. Et ut decentius officium eorum

Leo Decimus.

exercere, & commodius se substantiare va-leant Archipresbyteratum Ecclesiæ San-cti Celsi de Urbe, & unum Canoniciatum, & unam præbendam ejusmodi, quorum fructus, redditus, & proventus & veros an-nuos valores haberi volumus pro exprefsis, eidem officio Cæremoniarij perpetuo uni-mus, annectimus & incorporamus. Ita quod cedentibus vel decadentibus moderno ipsius Ecclesiæ Archipresbytero, ac aliquo ipsius Ecclesiæ Canonicis liceat eisdem Ma-gistris per se, vel alium, seu alios corporalem Archipresbyteratus, Canoniciatus, & præ-bendæ polleſſionem propria auctoritate ap-prehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus & proventus in suos, & Archipresbyteratus, Canoniciatus, & præ-bendæ usus vel utilitates convertere, cu-jusvis licentia super hoc minima requiſita. Non obstantibus Constitutione nostra de unionibus committendis ad partes, ac pri-velegiis & indultis Populo Romano conces-sis, & alii contrariis quibuscumque.

Ordinatores Romana Curia.

§.6. Circa Ordinando ad ordines etiam Sacros, & Presbyteratus tam in Curia, quam extra, videlicet ultra quadrageſimum milia in arabe, id quod a nobis in Po-nitentiaria reformatio[n]e provisum est, per Ordinatores volumus obſervari. Et quo-nam fraudes circa hujusmodi ordinationes re scilicet tam gravi & animabus periculoſa, fieri accepimus, ut penitus male agen-dis occasio omnino tollatur, quacumque facultates quibusvis Prælatis in quorumcumque Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium familiaritate degenti-bus concessas de promovendo familiares eorumdem Cardinalium penitus revoca-mus, ac illas & quacumque personas ad ordinandum per Prædecessores nostros ha-ctenus deputatas & per nos forsan confirma-tas etiam caſtas, easque nullas atque abolitas esse decernimus. Et cum de istis ordinatoribus, & eorum extorsionibus, ac personis minus dignis per eos ordinatis quamplurimas querimonias ad aures nostras quotidie pervenerint, de cetero unum dum-taxat Episcopum Ordinatorem in Curia es-se volumus, morum nitore, & conſcientia puritate conspicuum, qui ultra ſalariū ei a Camera Apostolica constitutum pro qualibet persona, quam etiam ad plures ſimil Ordines promoverit non ultra Carle-nium unum pro candelis capiat; & Confi-tionem præfati Julii Prædecessoris super hoc salubriter editam innovamus, & per eundem ordinatorem inviolabiliter obser-vari mandamus. Unum vero alium Epis-co-pum seu Archiepiscopum dumtaxat ti-morate conſcientia & sufficientis doctri-nae esse volumus, qui promovendos ad ordi-nes hujusmodi examinare debeat aſſidente uno Notario Camerae Apostolicae, vel ipsius Notarii ſubſtituto, vel Notario altero, qui depositiones Testium per exa-minandum productorum in ſcriptis redigere, & mandatum ſoſtum manu propria exa-mina-

Leo Decimus.

natoris subscriptum per Examinatum Ordinarii presentandum subscribere, & pro mandato hujusmodi pro qualibet persona examinata, videlicet pro mandato unum, & pro prima Tonsura alium, & pro quatuor minoribus simul, unum, pro Subdiaconatus alium, & Diaconatus alium, & pro Presbyteratus Ordinibus reliquum. Carlenos Cancelleriarum dumtaxat recipere. Examinator vero pro hujusmodi mandati subscriptione unum Carlenum ultra salarium ei a dicta Camera constitutum habere debet. Et ut omnes in Romana Curia tam literarum Sacre Poenitentiaria, quam supplicationem per nos seu Romanum Pontificem per tempore existentem, ac de nostro seu Romani Pontificis pro tempore existentis mandato signatarum vigore ordinandi ad Ordines rite promoveantur, statuimus & ordinamus quod tales ordinandi in dicta Curia, Clericis Romanis dumtaxat exceptis, per examinatorem examinari, & per ordinatores supradictos ordinari debant, alias in dicta Curia Examinantes & ordinantes, ac ordinatis crimen falsi, ac penam ducentorum ducatorum auri dictae Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe applicandorum eo ipso incurvant.

Protonotarii.

§.7. Statuimus, & ordinamus quod Sedi Apostolicae Notarii perpetuo deinceps futuris temporibus commune Monasteriorum, quorum fructus ducentorum ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annum non excedunt & quæ per supplicationem expendiunt pro singulis decem ducatis valoris expressi dimidium ducatum usque ad primum centenarium, & pro secundo centenario unum ducatum recipient. Ubi vero Ecclesia seu Monasterium vigore cedula Concitorialis expeditur, five per Cameram, five per Cancelleriam semel dumtaxat jura sibi debita capiant, & si forte taxa, ad quam fructus Ecclesia five Monasterii in libris Camera taxati reperiuntur ob exilitatem, vastationem, vel aliam quamcumque causam per nos vel successores nostros pro tempore reduceretur juxta reductionem ipsam percipient. Clerici autem ipsorum Notariorum nihil a partibus ob expeditiones praeditas exigant, sed eis per dictos Notarios quibus inferiuntur, satisfiat. Officium eorum in Cancelleria nostra juxta antiquum morem & observantiam & Constitutiones eorum exercant diebus Cancelleriae deputatis, horis convenientibus conveniant, & se praesentes exhibebunt usque ad finem Cancelleriae. Incumbentia ad eorum officium non dimittant sed cum omni solertia & diligentia exerceant.

Clerici Camerae.

§.8. Clerici septem Camerae Apostolicae Cappellani nostri eorum antiqua & justa emolumenta capiant abique querela sed moderate, prout decet ex quibuscumque

expeditionibus Ecclesiarum, Monasteriorum, & Prioratum in libris Camerae taxatorum etiam retentionum pro minutis eis debitis. Pro devoluto autem nihil capiant etiam si literæ Apostolicae defuper plures eadem vacatione durante, pro eadem persona, etiam sub diversis datis expediantur, unica solutione contenti sint, sed loco devoluti tres pro centenaria annatarum & communium eis per nos concessos, & in recompensationem dicti devoluti de annatis vere debitis tempore vacationis non autem speratis vel eventualibus, qua eventientes cau dumtaxat exigi possint. Idemque in reliquis juribus eis debitis servari volumus ut ante conditionis eventum vel fructibus vere debitis peti non possint; sed obligatio principalis cum cautione sufficiat, & pro gratia faciens tam communium, quam annatarum non ultra quam ad rationem decem pro centenario a quibuscumque personis cujuscumque qualitatis & dignitatis preterquam a S.R.E. Cardinalibus, a quibus nihil capere possint,

Notarii Camerae Apostolicae.

§.9. Notariorum vero Camere Apostolicae hec sint emolumenta videlicet, pro obligatione cujusvis Ecclesie, vel Monasterii recipienda, cuius fructus ab uno ad Quingentos usque in Camera taxati unum, & a Quingentis usque ad mille florenos inclusive duos, exinde pro millennario quilibet unum, florenos similes & grossum unum Turonen. capiant, pro examine unius testis, grossum unum, pro registratura litterarum Apostolicarum, que in eadem Camera registrabuntur, si Bullæ viginti quinque versibus seu lineas non excedant, quinque, si excederent, pro quibuscumque decem versibus Carlenos duos. Si litteræ super provisionibus consistorialiter expeditis sub una, Duos, sub pluribus Bullis cum conclusionibus in forma Cancelleriae expediti solitis tres Florenos capiant. Pro exemplis, five Copiis Bullarum, ex registris ipsius Camere sumendis quinquaginta veruum summam non excedentibus, grossos septem; si excedant pro quibusbet duobus foliis grossum unum. Et ut litterarum hujusmodi expeditiones procurantium indemittant & commodo consulatur, volumus quod Notarii antedicti eis, qui annatas & alia jura Camerae pro expeditionibus debita perfervent, quietiarum & liberationum instrumenta super solutionibus per eos factis intra triendum juxta antiquam consuetudinem, mercede solita recepta, in forma antedicta habere compellantur, seu per eos non sit quominus quietantias ipsas partibus tradant, non scribatur per substitutos tantum; Bullas ratione quarum annata seu alia jura foliui debent Camere Apostolicae, & illas que concernunt inter se dicta Camera, aut Sedi Apostolicae quomodolibet sub pennis in Bulla reformationis contentis. Bullæ registratae auscultentur per unum ex Notariis dictis Camerae, videlicet per Men-

fa-

Leo Decimus.

sarium, qui in signum Auscultationis manum apponere in Registro, & de mala auscultatione teneri debeat. De restituitione servetur consuetudo capiendo unum grossum pro unaquaque Bulla, id est pro quilibet plumbo, & non ultra. Resignationes Beneficiorum in albis non scribant, nec secrete teneant, sed infra Quindecim dies in libro scribere teneantur juxta mandatum prefati Iuli Prædecefforis alias factum, & in dicta Camera registratum, quod innovamus, ac etiam observari mandamus in ceteris excepto dicto termino quindecim dierum eis dato ex legitima causa præter ipsius formam. De obligationibus aut pro Monasteriis vel Ecclesiis idem servare teneantur sub præmissis poenis. De cetero emolumenta eis debita tam ratione examinationis promovendorum etiam ad sacros Ordines, quam registrationis Bullarum & alia quecumque inter se pro certo pretio aut alias quovis modo arrendari non possint sub simili poena. De emolumentis pro ordinatis percipiendis in totum per eos ordinationis per nos factæ in Capitulo circa ordinatores per nos facto sint contenti, & ulterius aliquid exigere non debeant sub dictis poenis. Et pro unaquaque materia ex supradictis, quæ superius non esset in specie expresa, tamen dependeret ab eis, possint capere, prout supra est expressum a simili, dummodo nullo cau non expresso capiant ultra unum Ducatorum.

Rota.

§.10. Caſarum sacri Palatii Auditiorum, quo lites & controversie undique ex Christianis confluunt rectum, sincerum, & purum in primis esse, ac optimæ famæ titulus insigniri debet, ne unde universis non magis Judicij discrimen, quam morum disciplina & exemplum sumitur, alicuius forte criminis suspicione infelum, aut culpa coquinatum inveniatur, cum ut omnium verbo dici solet, omnis plane virtutis nota carere debet, qui in alium sententiam dicere paratus est. Enim vero qualiter esse iustitia effigiem congruit, pudicum, constantem, severam, inflexibilem, non precibus, non pretio, non gratia obnoxiam, non blanditatem, non minis a recti tramite deviam, tales & ejus esse ministros docet; Quo circa dilectos filios Cappellanos nostros, qui Rotæ sacri Palatii Tribunal regunt, in Domino hortamur, ac per vicera Misericordie Dei nostri astringimus, & mandamus, ut judicandi munus sibi commissum, pie, sancte, incorrupte, & sine nota exerceant, faliberrimas Constitutiones, & summorum Pontificum extravagantes circa ipsorum officium jampridem editas accurate obseruent, easque cum audienciarum initio ex laudabili consuetudine quotannis leguntur, attente audient, & auditæ efficaciter obseruent. Quibus quidem cum omni sagacitatibz solertia, atque industria non sine insigni puritate, & integritate præcipua obsequantur sub poeni in eisdem Constitutionibus, & extravagantibus, & in-

Leo Decimus.

super in dicta Reformatione Julii Secundi contentis si contravenerint, innovandi quidem illas, & corrigendi, supplendique, ac extendendi locum reliquientes, prout ex temporum varietate, occasione, aut necessitate nobis, & huic sacro Lateranen. Conclilio expedire vism fuerit.

Pœnitentiaria.

§.11. Nec minus ad Pœnitentiarie Officium oculos dirigentes, in quo morum censura, & animarum salus præcipue vertitur, cum per ejus Officiales etiam quedam taxæ literarum, que expeditiunt, ultra solitum auctæ dicantur ipsius exercitum his regulis circumscribimus. In primis Majoris Pœnitentiarie, qui pro tempore erit, cum sit Regentem, & Auditores, ac ceteros Officiales tum sui exemplo, tum congruis monitis, & severitate opportuna intra honestatis terminos continere, & ut a tempore felicis recordationis Sixti Papæ V. Prædecefforis nostri concedi non consuetis abstineant, providere, & Officium suum per se vel regentem aut locumtenentem suum in omnibus & singulis caibus juxta facultates a Romanis Pontificibus Prædecefforibus nostris concessas exercere possit. Corrector autem, & Auditor Pœnitentiarie supplications super materiis non permisiss & antiquitus per ipsum Officium concedi non solitus, etiam a Regente signatas, omnes omnino signaturas & concessiones, quæ scandalosa, insolita, vel minus expeditiæ videbuntur, ac taxationes literarum præter antiquum ordinem, & notram modificationem factas sub excommunicationis sententia non permittant, sed illas vel omnino retineant, vel reijciant nisi aliud summo Pœnitentiarie expreſſum fuerit, & de ejus voluntate manifeste appareat. Et taxæ quidem antiquæ usque ad ipsius Sixti Prædecefforis tempora exigunt solita juxta Bullam reformationis Felicis Recordationis Iuli PP. II. Prædecefforis nostri, & moderationem nostram sub poenam, & ab illo, & a nobis positis obseruentur. Materia autem, quærum major est abusus, & major multo quærela ad nos prolatæ est, & particularius exprimendæ, & specialiter hiūmodis inhibende, sunt viæ ubi Religiosus legitimæ attingat fuerit, & ultra annum in Religione permanerit, & afferuit se habitum fuscippe & professionem per vim, vel metum emisisse, ad effectum ut ad faculum redeat, & habitum deponat, & super hoc declaratoriam petat de cetero præsente in Curia, si committatur in Curia, alicui Prelato committatur cum clausula vocato Generali, vel Procuratore Ordinis; Si vero in partibus, Ordinario cum clausula vocato Provinciali, seu Guardiano, vel custode, Conventus in quo impletans degebat, & alias facta commissio non teneat; In foro vero conscientiæ sine clausula vocatis, & literis lanatis dumtaxat expediti possint. Cum aliquis per membris mutilationem, vel homicidium commissum irregularitatem non

Leo Decimus.

non incurrisse declarari petit, ac ex supplicationis tenore, vel causa narratione apparet eum de jure ab irregularitate non excusari, licet clausula illa apponatur: Mortem aliter evitare non valens supplicatio ipsa nulliter signetur. Super Beneficio quocumque modo simoniace obtinet non concedatur absolution, & dispensatio, nisi eo modo, quo in facultate sibi Apostolica auctoritate concessa continetur, & si fructus fuerint male percepti literae mittantur ad Datarium, prout haec tenet. Et cum per Officium praedictum detur licentia promovendi Clericos ad sacros Ordines extra Romanam Curiam, ipso Clerici promovendi hujusmodi licentia abutantur, & extra muras Urbis per aliquem Antifitem promoveri procurent, ad hujusmodi abusum tollendum statuimus & ordinamus quod de cetero in literis, per quas datur licentia promovendi extra Curiam, ponantur haec verba, videlicet extra Romanam Curiam in locis ab Urbe per Quadragesima milliaria ad minus distantes. Si vero in Romana Curia detur talis licentia, tunc in literis licentiae hujusmodi ponantur haec verba, videlicet: quod promovendi non possint examinari, nec ordinari, nisi per examinatorem, & ordinatorem per nos Romanum Pontificem pro tempore ad id deputatos. Et si falso juratum fuerit super existentia Beneficii, quod ordinandus se obtinere asserbat, & quod non obtingebat, aut in rerum natura non erat, aut quod facte per amicos sibi commodatum fuerat, tunc etiam promoto ratione talis juramenti, & testes qui taliter perjuraverint non dispensetur per literas Penitentiariae, nisi in illis ponantur haec verba, videlicet: quod ille, qui sic dolito promotus fuerit ab executione Ordinum saltem ad Biennium suspensus existat, & alias penitentia salutaris sibi injungatur, & nihilominus de peririo hujusmodi puniri valeat, dicta absolutione non obtinebitur. In secundo simplici Consanguinitatis, vel affinitatis gradu dispensare non possint. Res graviores & importantiae majoris juxta antiquum morem & laudabilem institutionem ad Datarium remittant. Corrector Poenitentiariae, vel Doctor sit, vel saltem in altero iurium peritus Juxta constitutionem formam, antiquumque Reformationum. Scriptores Constitutiones antiquas ad unguem servent, & nemo deinceps in Penitentiaria scriptor admittatur, qui Clericus non sit vel Celebs Matrimonio non obligatus nec minus Vigintiquaque annis natus, nisi ex Apostolica dispensatione aliter concessum fuerit. Procuratores Penitentiariae unica media taxa sibi ex Constitutione Officii competentem contententur, nec partes in ullo plus gravent, nec prohibitas materias & infusetas expediti procurent, nec item a partibus plusquam pro expediendo negotio necessarium fuerit, extorqueant duorum mensium poena pro prima vice, pro secunda sex a summo Poenitentiario multentur; Si tertio item erraverint, Officio

priventur eo ipso. Et ut omni dolo penitus occurratur, Procurator de pratio per eum in expeditione soluto Regenti, per Testimonium partis faciat fidem, & instar sollicitatorum literarum Apostolicarum, verum totius expeditionis impendium propria manu implicatum scribat talibus verbis: Expedita per me N. Procuratorem &c. exposui tantum. Hoc nisi fecerit, privations Officii poena subjaceat. Et quilibet deinceps quando ad Officium recipietur, ita se accurate & sine fraude facturum sub dicta poena juret. Supplications contra rei veritatem, & casuum contingit, & informations habitas de partibus falsum narrando ad hoc ut negotium expediatur, & parte instanti sub simili poena non forment, vel scribant. Horum transgressores ipso facto multentur, & Officio quo se indignos reddiderunt, careant.

Sequuntur Taxe Scriptorum Officii Sacrae Poenitentiariae pro Dispensationibus Matrimonialibus & primo in Quarto gradu.

§.12. De Matrimonio contrahendo, si ve ignoranter contraacto, five consumato in quarto Consanguinitatis, vel Affinitatis gradu Turonen, septem. De scienter contraacto, five consumato, five non, in Quarto Consanguinitatis augetur taxa ratione absolutionis a generali excommunicationis sententia eis impendenda de duobus, & sic taxatur ad novem. In Tertio gradu de contrahendo five Consanguinitatis, five Affinitatis taxatur ad quatuordecim. De contraacto vero in eodem gradu ignoranter, five consumato, five non, etiam Quatuordecim. Si vero scienter sit contraactum, & consumatum propter absolutionem ratione sententiae excommunicationis injungendam, hujusmodi taxa de duobus augetur, & taxatur ad Sexdecim. Et supradictæ Materie expediuntur per Officium Poenitentiariae indifferenter vel de contrahendo, aut contraacto, five scienter, vel ignoranter literis semper apertis. Si componitur cum Datario Romani Pontificis pro tempore existentis, excepto in Quarto de contrahendo, & de ignoranter contraacto & consumato, vel scienter contraacto & non consumato, quæ ad Datarium mitti non conveverunt, & in quarto scienter contraacto & consumato. In secundo gradu de contraacto five scienter, five ignoranter consumato, vel non consumato. In secundo Affinitatis gradu conceditur in foro conscientiae tantum, & commititur Confessori, & sunt litera clausa, & hoc solummodo, quando negotium est penitus occultum & quando provenit ex actu fornicario, & taxatur ad viginti. In Primo Affinitatis gradu non datur per Poenitentiariam dispensatio super primo gradu dumtaxat, nisi in foro Conscientiae tantum, ut puta si impedimentum hujusmodi sit penitus occultum, & proveniat ex actu fornicario, & additur in fine literarum, praesertibus laniatis, & taxatur ad Vigintiquatuor. De declaratoriis

Leo Decimus.

riis super precedentibus gradibus. Literæ declaratoria solent expediti, videlicet, super primo, & tertio, vel secundo, & tertio, seu super primo, & quarto, vel secundo, & quarto gradibus ex eodem stipite provenientibus, solentque taxari ad septem. De declaratoriis super quarto gradu, five consanguinitatis, five Affinitatis cuiuscumque qualitatis existant, videlicet, de contrahendo, five de contracto, five scienter, five ignoranter expediuntur in forma, & taxantur ex integrō Matrimoniales ad septem. Si vero occurrerint aliqua divortia præmissis, aut aliis subsequentibus impedimentis obstantibus taxantur ad septem, si tales indigent aliqua absolutione, tunc augetur taxa die duobus ratione absolutionis, & sic taxatur ad novem. De publica honestate, notandum est, quod de contrahendo de publica honestate, seu de ignoranter contraacto, five consumato, five non, publica, inquam, honestate, ex primo, duodecim, aut secundo, decem, vel tertio gradibus, proveniente, taxatur ad octo. Et si tales prædicti impliciti impedimentis scienter contraxerint, & consumaverint, tunc taxa augetur de duobus occasione absolutionis illis impendenda, & sic taxatur ex primo ad quatuordecim, aut secundo ad duodecim, vel tertio gradibus prædictis ad decem. Et si hujusmodi impedimenta, videlicet publica honestatis justitia ex quarto gradu proveniant, tunc taxa ordinaria est ad septem, & est confundendum, quod si scienter contraxerint, & consumaverint, augetur etiam taxa ratione illius absolutionis de Turonen. duobus, & sic taxatur ad novem. De cognitione spirituali, est sciendum, quod de contrahendo in cognitione spirituali, quæ fit inter levatos, seu de ignoranter contraacto, seu consumato, five non, in eodem impedimento semper taxatur ad quatuordecim, & si tales contraxerint scienter, aut consumaverint, tunc ratione scientiae, & absolutionis ab excessibus injungendæ hujusmodi taxa augetur de duobus, & taxatur ad sexdecim. De absolutionibus ab homicidiis. Si Presbyter, aut alias in facris constitutis ordinibus ejus invasorem vim vi repellendo, & se defendendo, nec alias mortis periculum evadere sperans, si petierit ad cauthelam absolviri, & cum eo dispensari, aut alias ad Beneficia habilitari, taxatur ad decem & octo. Declaratoria super homicidio: Si tales voluerint per viam declaratoria cum suis limitationibus juridicis, taxatur ad sex. Et si hujusmodi homicidia non possint declarari, & si partes petierint per viam absolutionis, ex quo non licet declarare, aut quia defundunt operam rei illicitæ, aut quia alias aufugere potuerint, taxatur ad triginta. Presbytericidium autem taxatur ad sex. Pro illo vero, qui interfuit bellis, decem & octo; & si velut super infamia, ad viginti, & si vult ad quæcumque Beneficia alias ritte obtenta, ad decem & octo.

De commutationibus Votorum.
§.13. Commutatio voti Religionis sim-

plicis in foro conscientiae tantum taxatur ad duodecim, Liminum vero Apostolorum, decem, Sepulchri autem Domini, etiam ad decem, Sancti Jacobi in Compostella, similiter ad decem, & literæ mittantur ad Datarium; non tamen super votum Religionis. Prorogatio autem votorum hujusmodi legitima causa subsistente conceditur ut plurimum ad Biennium, & taxatura ad quatuor. Commutatio jejuniorum, taxatur etiam ad quatuor, alterius vero abstinentie, que subsistente causa servari non potest, ad quatuor, commutatio ultima voluntatis, ad duodecim, participatione, ad quatuor.

Dispensationes, seu Illegitimorum, & Spuriorum legitimationes.

§.14. Officium Poenitentiariae cum illis dispensat in prima forma tantum, videlicet, omnes, & sacros Presbyteratus Ordines, & unum beneficium Ecclesiasticum, etiam si illi cura immineat, taxatur ex antiqua coniunctudine ad sex, & si tales ob eorum merita ubiorem petierint gratiam, datur ad aliud beneficium, taxatur ad septem. Si vero tertio, & ultimo illis aliqua gratia fiat, conceditur ad tertium beneficium cum suis consuetis clausulis, & taxatur ad decem; Et si tales illegitimi tacito hujusmodi defectu aliquid detentaverint, videlicet se ad aliquos Ordines præmisso defectu tacito promoveri fecerint, tunc augetur prima forma de uno Turonen, ratione absolutionis impendenda ab excessibus injungendæ hujusmodi taxa augetur de duobus, videlicet, ad unum, & si cum illis Ordinaria auctoritate dispensatum fuerit, ut est folium, ad primam tonsuram videlicet, & quatuor minores Ordines, nec non ad unum simplex Beneficium, tunc si datur de ubiorem videlicet, ad secundum Beneficium cum debitis limitationibus suis consuetis, taxatur ad decem; Si vero tales petierint ad tertium, cum quibus similiter eadem auctoritate ordinaria, primo, & deinde secundo Apostolica auctoritate successive dispensatum fuerit, prout in suis foliis formis, taxatur ad decem; Et si tales illegitimi secum dispensari petierint, ut obtinere possint Beneficia, alias per eorum genitores obtenta cum suis debitis limitationibus conceditur, videlicet, dummodo in eisdem Beneficiis genitoris immediatus non succedit, nec in Alteris ministerio cum illis concurrant, & taxatur ad sex.

De promovendis & promovendis.

§.15. De promovendo ad Ordinem Subdiaconatus in sextodecimo, taxatur ad decem. De promovendo vero ad hujusmodi Ordinem Subdiaconatus in decimo octavo, ad sex. De promovendo vero ad Ordinem Diaconatus in decimoctavo, ad decem; Si vero in decimonono ad hujusmodi Ordinem Diaconatus, ad sex. Licensia promovendi ad Presbyteratus ordinem in vigesimotertio, vel cum primum vigesimumterium annum attigerit, taxatur ad duodecim, ad hujusmodi autem ordinem in vigesimoquarto, ad sex. Licensia pro-

B b b mo-

Leo Decimus.

movendi a quocumque Antistite extra Romanam curiam residente, ad duodecim, & extra tempora a jure statuta, ad decem, a quocumque ad primam tonitram, ad sex. Licentia promovendi a viciniori suo ordinario ad sex. Absolutio pro promotis minoribus annis, sive ignoranter, sive scienter, ad septem. Absolutio pro promotis absque literis dimissorialibus, ad sex. Ad fiducium titulum, ad septem. Relaxatio juramentorum ad effectum agendi dumtaxat, & non excipiendi, ad septem. Absolutiones ab injectione, ad sex, etiam in loco sacro. Laidum taxatur ad tres.

De Confessionalibus.

§.15. Confessionalia taxantur ad Sex. Sed si concedantur Religiosis sine licentia Superioris, ad duodecim, alias cum limitationibus consuetis, & juxta facultates eis concessas, ad quatuor, & quando hujusmodi solum conceduntur ad quinquennium, tunc taxantur ad duos. Altare portatile, ad octo. Licentia celebrandi in locis interdictis, ad sex. Licentia eodem tempore interdicti recipiendi Ecclesiastica Sacra menta cum suis etiam limitationibus, ad sex. Licentia etiam eodem tempore interdicti seppelliendi, ad sex. Lacticinium taxatur ed sex. Licentia dicendi horas secundum Romanæ Curiae usum taxatur ad sex. Licentia hujusmodi horas anteponendi, & postponendi urgenti tamen, & subsistente causa legitima, ad sex. Licentia celebrandi ante diem circa tamen diurnam lucem, ad duodecim. Licentia celebrandi ubique, ad novem. Licentia celebrandi in aliena Diœcesi, ad sex. Licentia de Monasterio ad Monasterium, ad quatuor. De ordine ad ordinem dummodo in eo par, vel arctior vigeat obseruantia regularis, ad duodecim, pro translatiis de facto ad latiorem, ad viginti. Si vera tales volunt esse capaces administrationum, dummodo detur, nisi per Signaturam Papæ fuerit data translatio fine spe beneficiorum, ad triginta. Licentia standi extra Monasterium de sui superioris licentia, & ea durante ex legitimis causis, ad duodecim. Licentia exundi tempore infirmitatis, ad duodecim, & si praecedentibus licentiis addatur assistentia iudicium, ad sex. Licentia celebrandi in Cappella cum aliquo Altare portatile, ad duodecim. Licentia ingrediendi Monasterium Monialium etiam Sanctæ Clæræ quater in anno, dummodo non pernoctent, duodecim.

De Simonis.

§.16. Absolutio a Simonia, ad sex, cum dispensatione super irregularitate, ad decem & octo, & si cum retentione ad viginti, & si cum rehabilitatione ad alia obtinenda, ad triginta. Si in evidentem utilitatem, dummodo censu annuis non transcedat ducatos quinque, ad septem. Pro Hæc tis Scismaticis, filiis, aut nepotibus Marranorum duncupatorum taxantur secundum eorum petitiones, & moderantur pro arbitrio ejusdem correctoris hujusmodi taxæ, videlicet, pro Laicis ad vigintiquatuor, & pro Clericis volentibus promoveri, & Presbyteris ad triginta sex, & mittantur litteræ ad dictum datarum. Et omnes aliæ materiæ, quæ expediuntur per Pénitentiarium de speciali, ad sex, & de speciali, & expreso, ad duodecim. Postremo cum alii plures casus in dies emergant, juxta & ad rationem præcedentium per ejusdem officii correctores taxæ moderentur, & officium ex sua benignitate, & clementia, & lepissime ut plurimum taxarum rigorem temperet, & præcipue, ac signanter pro præsentibus, ac miserabilibus personis etiam hibernicis, ita quod illis prout eorum paupertas, indigenita expostulet, & requirat, diligenter subveniatur.

trio ejusdem correctoris hujusmodi taxæ, videlicet, pro Laicis ad vigintiquatuor, & pro Clericis volentibus promoveri, & Presbyteris ad triginta sex, & mittantur litteræ ad dictum datarum. Et omnes aliæ materiæ, quæ expediuntur per Pénitentiarium de speciali, ad sex, & de speciali, & expreso, ad duodecim. Postremo cum alii plures casus in dies emergant, juxta & ad rationem præcedentium per ejusdem officii correctores taxæ moderentur, & officium ex sua benignitate, & clementia, & lepissime ut plurimum taxarum rigorem temperet, & præcipue, ac signanter pro præsentibus, ac miserabilibus personis etiam hibernicis, ita quod illis prout eorum paupertas, indigenita expostulet, & requirat, diligenter subveniatur.

Pénitentiarii Minores.

§.17. Pénitentiarii Minores, in quo rum negligenter, fraude, vel imperitia aperatum, & grave periculum est animarum, ne pariter cum se adeuntibus in gehennam ruant, ab intollerabili abusu, & perver sa licentia revocandi, & intra pudoris, ac mortalia septa coercendi sunt. Nemo igitur ex eis nisi plane sufficiens, & qualitatibus per Constitutiones requisitis prædictis ad officium de cetero recipiat, & ex omni quidem natione hoc. Si qui forte ex præsentibus non erunt tales diligenter per Majo rem Pénitentiarium examine habito, vel removeant omnino, vel per annos aliquot quantum expedire visum fuerit ab exercitio hujusmodi suspendantur, & si deinceps contigerit aliquem non idoneum eligi, etiam si mandatum habeat a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus importunitate extortum, tamen illum Pénitentiarius major admittere non teneatur, nisi nobis vel successoribus prædictis ante consulitis. Abfineant idem a vilibus & fæcularibus exercitiis, ne dum pecunie fluant, & fordistis inhiant lucris animam turpi & infâne aviditate commaculent, habitu, verbis, incensu debitam gravitatem prædecessorum suorum referant & obser vant, pauperes non averterunt, nec con tentibus præter modum succenseant, sed patienter auditos in optimam spem Dei misericordia erigant, nec pecunias pro Mis sibus celebrandis ab eis recipient, nec quidquam omnino ab eisdem petant, vel exigant sub excommunicationis poena, & privationis, sed oblati sibi in fine Confessionis qualcumque eleemosyna contenti existant, a casibus eis non permisis confitentes minime abolvant, & in publice Pénitentibus absolvendis antiquas consuetudines, & ritus severè obseruant. Substitutos præter paucos illos, qui pro linguis, & nationibus variis affidue necessari sunt, nullo pacto depudent, nisi in principalibus Festis, & Ebdomada Sancta, quorum tamen depudentia fiat ante per menem, & approbentur pri mun per ipsorum Priores, & Prælatos, deinde per Collegium Pénitentiariorum, postremo per majorem Pénitentiarium, nec nu-

Leo Decimus.

numero sint ultra sexaginta. Verum si turba multitudo, aut necessitas aliqua dicit re quirente Collegio Pénitentiariorum possit a majori Pénitentiario augeri numerus usque ad centum, a quibus tamen Pénitentiarii nil exstant, sed parte tertia, vel quarta eleemosynarum, prout substitutis videbitur, sponte oblata sint contenti, quæ quidem in aliqua certa capsa pro usu, & necessitatibus Domus Pénitentiaria ponatur, si feus fecerit, suspenzionis, & tripli Fabricæ Basiliæ Principis Apostolorum de Urbe inferenda poena subiacent. Substitutis autem pena superius in Pénitentiaris expressa suspenzionis, & remotionis ab exercitio irrogetur, si a confitentibus quidquam petere, aut promissis dicendis aliquid etiam a sponte offerentibus recipere ausi fuerint. Et ne illius ignorantiam pretendere valeant, eis per eisdem Pénitentiariorum in eorum deputatione sub eadem pena significari debeat. Pénitentiarii solitus Congregationes non intermittant, sed Misericordia summa mane de more audita ad conferendum inter se super occurribus conscientia caribus convenienti, ita ut peccator nullo verbo, signo, vel nutu manifestetur, nec interim aut absente aut confessiones etiam audiare profumant sub suspenzionis poena. Tanto tempore in sedibus, & locis suis resideant, quanto per Constitutiones veteres obligantur, ne ullo unquam tempore peccator obvios inveniant preparatos, posint unum fidum sibi eligere, etiam qui Pénitentiarius non sit, ut in Plumbaria manens tertiam partem plumbi emolumentorum eis obvenientem procuret, & illius computum teneat, cum ipsis ad hoc intendere minime deceat. Processus, qui per eos de peccatis secretis sunt, apud ipsos conferunt & custodiuntur, nec ad alium transferri locum, aut alteri ostendi possint. Prior iporum domum Pénitentiarum quasi Sacram ab omni immunda conversatione custodiat, portas horis debitis claudat, atque aperiat, suspectas personas excludat, vel non admittat. Cameras illorum alii, quam Pénitentiaris habere non sinat, nec alia prorsus quam si religiosa domus esset, cura gubernet, penas horum transgressoribus autoritate nostra imponere congruat. Sint preterea Undecim tantum numero juxta antiquas Consuetudines, & Constitutiones, nec ad receptionem supranumerariorum ante vacationem cogantur, nec mandata in eventum mortis illorum ultra signentur, ac signata non teneant, exceptis, his qui nunc actu officium exercent, vel qui haftenus a Nobis literas Apostolicas sub plumbō obtineant, quibus prejudicare non intendimus. Et officium hujusmodi personalem residuum in Romana Curia maxime, & necessario requirat, circa absentem ad præsens cuiuscumque nationis sive, & qui absentes ultra annum, vel biennium ab Urbe, & Curia steterunt sine causa legitima, & nostra licentia Constitutiones eorum circa privationem talium exacte, & rigorofe servati volumus & mandamus, alioisque eorum

Tom. III. Par. III.

B b 2 fra.

loco deputari vel furrogari juxta Constitutionum officii tenorem. In nullo autem supra expreforum casuum facultas dilecti filii nostri Leonardi tituli Sanctæ Susanna Presbyteri Cardinalis, majoris Pénitentiarii nil exstant, vel immutata intelligatur, sed in suo robre firma pœnitens, & inviolata permaneat, & omnia supradicta regenti Correctori, & Auditori prohibita, per seipsum exercere valeat, quando conscientia, & prudentia sua videbitur.

Sollicitatores literarum Apostolicarum.

§.18. Literarum Apostolicarum Sollicitatores pro universis Bullis Ecclesiæ titularis provisionem concernentibus, vide licet, pro Bulla provisionis, & solutionis, exercitio Pontificalia, pensionis ducentorum ducatorum, seu retentionis beneficiorum, quæ omnes ei, de cuius persona Ecclesiæ titulari providetur, necessaria sunt, ultra decem ducatos auri de Camera non recipiant; si contrafercent poena duodecim ducatorum supradicta Fabricæ inferenda subiacent. Pro Bullis tam super Ecclesiæ, quam Monasteriis Concistorialibus post primam expeditionem pro eadem persona, & eadem vacatione, ultra duos ducatos, & duos Carlenos similes sub poena proxime expresa non recipiant. Capellanus ipsorum pro Concistorialibus, & obligationibus duos tantum grossos ex officiis emolumenta percipiat, & nihil a partibus exigat; partibus autem potestibus Sollicitare literas teneant sine ipsorum onere sub penis in Bulla institutionis officii contentis, & intra congruum tempus illas expeditas partibus confignari facere.

Magistri Plumbi.

§.19. Magistri Plumbi pro pari Bullarum ultra Carlenos duos non capiant, videlicet, pro qualibet plumbata Carlenum, unum, juxta tenorem literarum felicis recordationis Sixti Papæ IV. Prædecessoris nostri. Ex arbitrarii vero, & regalibus, nihil ultra summam per nos inferius moderatam percipiant, videlicet de Ecclesiæ Concistorialibus taxatis usque ad quingentos, non capiant ultra florenos sex, usque ad mille, florenos decem, usque ad mille & quingentos, florenos quatuordecim, usque ad tria millaria, florenos viginti unum, usque ad quatuor millia, florenos vigintiquinque, abinde vero supra usque ad sex millia, florenos vigintiocto, exinde supra usque ad quamcumque summam ducatos triginta sex auri non excedant sub incuria penarum in Bulla reformationis dicti Julii Prædecessoris contentarum. De titularibus vero ultra ducatos quinque percipere non valeant. De retentione Ecclesiæ, & Monasteriorum Concistorialium ubi sunt cedula Protonotariorum, per eos idem servetur, quod supradictum est. De Monasteriorum expeditis per supplicationem non capiant ultra unum ducatum, si sint valoris ducentorum ducatorum, vel in-

Leo Decimus.

fra. De officiis capere non possint ultra sex Carlenos pro qualibet Bulla, exceptis scriptoribus, cum quibus servetur antiqua consuetudo, ceteris emolumentis solvi eis solitis & consuetis, ut prius eis salvis remanentibus.

Frates Barbati.

§. 20. Fratres barbati seu Plumbatores sua emolumenta cum hac similiter limitatione percipient. De bullis Cancellariae grossum unum, de bullis per Cameram grossos duos pro qualibet plumbo recipiant, de bullis taxatis per Cancelleriam capiant grossum unum in singulos ducatos, & pro Magistris Plumbi grossum unum pro qualibet plumbo per bullam Sixti Prædecessoris hujusmodi eidem Magistris concessam, ut supra dictum est. Si bulla expediatur in forma Quinterni, & sit taxata, Carlenum unum pro qualibet ducato capiant, si gratis fuerint unum pro se, & unum Carlenum pro Magistris dumtaxat percipient. De Bullis provisionum Consistorialium Carlenos capiant juxta numerum ducatorum taxa Magistrorum, de non taxatis per Magistros Plumbi Carlenum unum sibi, & unum Magistris pro qualibet Plumbo dumtaxat capiant. Quod si Bulla hujusmodi gratis expeditur unum sibi, & unum Magistris pro qualibet Bulla similiter fumant, & non ultra; pro singulis literis clausis ad Dominos temporales, habeant quatuor Carlenos; & forma iuramenti ducatum unum pro Collectoribus, et pro se grossos tres, & unum pro magistris. In expeditionibus Ecclesiasticis et Monasteriorum Consistorialium pro regalibus usque ad quingentos ducatos capiant ducatos duos, usque Mille, ducatos tres, & exinde supra ducatum unum cum dimidio pro qualibet Miliare, pro famulis vero usque ad quingentos dimidium ducatum, exinde supra non excedant ducatum unum, de Monasteriis per supplicationem expeditum ducatum unum tam viro quam mulierum. Pro devoluti non exigatur ultra unum Ductatum, de Bullis ob rasuram vel aliam causam rescriptis, five per Cameram, five per Cancelleriam sunt expedite ultra duos Carlenos pro qualibet Plumbo non capiant; De literis Protontariatus, & aliorum Officiorum si taxata erunt, Carlenos habeant juxta numerum ducatorum, de non taxatis vero Carlenos quinque; de literis Indulgentiarum unum ducatum; pro literis vero privilegiiorum non habent nisi Carlenum unum. In non taxatis ex Bullis quatuor. Quae pro palliis expediuntur pro duabus apertis Carlenos sumant juxta numerum Ductorum tax, pro duabus clavis Carlenos sex videlicet tres in singulas. Pro literis justitiae nisi materia fuit duplices unum Carlenum. De expectativis in forma pauperum, pro Bulla pauperum unum Carlenum. Poenitentiariis portionem fideliter restituant prout tenentur. In Plumbaria familiares deputatos dumtaxat, et non estraneos admittat sub excommunicationis poena; in aliis superio-

ribus vel eorum aliquo Contrafacientibus, poenis in Bulla reformationis contentis subjaceant.

Abbreviatores.

§. 21. Abbreviatores de majori cum super supplicationibus confiende sunt diverse minutæ, quæ quidem duplices, triplices, quadruplicesve appellantur, tunc taxa receptor semper ex istis dimissis prius quinque integraliter abinde supra pro duplice, triplice, vel quadruplici dimidium ejus quod receptum fuerit per Abbreviatorem de majori, parti dimittere teneatur. Item ubi ratione unius Bullæ Concistorialis diversi turni eidem persolvi debent, veluti cum minori Coadiutor datur, & usque ad vigesimum septimum annum Administrator deputatur, ac deinde de ejus persona Ecclesiæ providetur in eadem Bulla, quo casu turni tres Abbreviatores competunt, taxæ receptor duos pro primo turno, unum pro secundo, unum pro tertio ducatum solum dimittat, in reliquis antiquas Constitutiones per Prædecessores nostros editas servare teneantur. Abbreviatores de minori pro Bulla, quæ inferitur executivei cetero nihil capiant; pro Bulla autem, quæ expeditur in forma Quinterni in singulas cartas non nisi grossum unum capiant, pro aliis, quæ in forma quinterni non erunt, preter unum grossum nihil omnino recipiant. In Bullis ad perpetuam rei memoriam, grossos quinque sicut in ceteris restituant. Regens Abbreviatores de prima visione non nisi expertos atque eruditos in officio ponat. Cappellanus corundem nihil prorsus a quoquam praetexto Bullarum exigat. Custodis Cappellanus, & familiares nihil a quoquam capiant.

Scriptores Apostolici.

§. 22. Scriptores Apostolici de cetero in distribuendis minutis & literis de taxa scribendis excepto uno grosso Romano pro qualibet prima carta nihil pro scriptura aut ultra taxam capiant, sed se, re. Euge. ni PP. IV. Constitutionem, & Confirmationem Nicolai PP. V. Prædecessorum nostrorum ad ungues obseruent, quod nisi fecerint ultra poenas in Constitutionibus ipsiis contentas, pena duodecim ducatorum auri de Camera Basilica Principis Apostolorum de Urbe Fabricæ ipso facta applicanda contravenientes vice qualibet subjacere volumus, ultra poenas in Bulla reformationis fel. recordationis Juli Papæ II. Prædecessoris nostri contentas. Pro literis scribendis, quæ gratis expeditur ultra grossum unum Romanum in singulas cartas pro litera vigintiquinque lineas continent, ita ut in qualibet vigintiquinque ad minus sine distinctione unum ducatum aurum pro labore capiant, a vigintiquinque vero usque ad quadraginta lineas, pro quibuslibet quatuor lineis habeant grossum unum exinde supra si intra scriptorem & partem discordia fuerit, rescribendarii & defensorum pro tempore existentium, vel Vicecancellarii seu Regensis judicio stetur. Litera provisionis Ecclesiæ Parochialis, pro

eo quod aliam quoque Parochiam obtineat, si in illa dispensatio ad duo, & cum clausula permutandi posita fuerit, ad grossos quinquaginta taxetur, & idem in similibus gratis fiat, quæ in Bulla eadem pro uno congerminantur. In consistorialibus ex Francia venientibus, litera quæ expeditur sine clausula generalis reservationis per Cameram sub eadem data, five in illa sint modi vacandi, five non, taxetur, ut taxantur alia conclusiones. Si Ecclesia Metropolitanâ, vigintiquatuor; Si Ecclesia Cathedralis, viginti; Si Monasterium consistoriale, sexdecim; Si vero sub diversa data fuerit, & si in ea contineantur vacandi modi, si Metropolitanâ, vel Cathedralis Ecclesia, grossis Quadraginta, si Monasterium consistoriale sit, triginta taxetur.

Magistri Registrarii Bullarum.

§. 23. Quoniam Magistri Registrarii Bullarum in arbitriis componendis, ac taxandis gravius excedebant, & tamen unam taxam instar scriptorum eis deberi ex literis felicis recordationis Joannis PP. XXII. Prædecessoris nostri, manifeste ostendebatur, ad quam dimissis omnibus reduci cupiebant, visum est nobis habita super hoc matura deliberatione per prædictos Cardinales ad hoc deputatos incerta illa ita recidere & corrumpere, ut ad minus dimidiam, vel tertiam sitem partem ejus quod capere sunt soliti, adimeremus prout infra ex ordine scriptarum limitationum, ne arbitraria prædicti ulterioris incerto fluctuerit patebit, & intra hos quidem terminos se contineat mandamus, ita ut si illos excesserint prima vice trium, secunda sex mensum emolumentis prædictæ Fabricæ applicandis, tercia vero officii privatione multentur. Taxarum itaque ad certam formam redactarum ordo erit talis. Officium eorum juxta juramenta per eos prædicta circa auctoritatem Bullarum registratarum fideliter, & diligenter exercant, & moram faciendi in registro, & subscriptione in Bullis facienda in contingenti quod requiri fuerint, & de eorum debitis iuribus satisfacti, & soluti absque execratione, vel dilatatione aliqua facere absque partium querela observare teneantur, & debeat sub excommunicationis poena, & alii in Bulla prædicta contentis. Current postremo, ut Officium Scriptorum fideliter & recte gubernetur, & regatur, & absque partium, & sollicitatorum querela exerceatur.

Emolumenta ordinaria & arbitaria Magistrorum Registrarii Bullarum.

§. 24. Absolutio ad effectum gratiæ vel ad effectum agendi pro ea prædicti Magistri nihil capiant, pro absolitione vero ab heresi, vel ab homicidio, vel irregularitate, vel a simonia, & generaliter pro quacunque alia absolitione pro una persona grossos duos. Si vero in eadem Bulla sint plures personæ, & comprehendantur plura capita, pro unoquoque capite capiant pro qualibet, duos, & si perpetua fuerit, pro

duos grossos non tamen ultra duos ducatos. Pro absolutione cum rehabilitatione pro hæretico, seu filio hæretici, si fuerint plures non expressi, octo; pro absolutione vero pro Civitate, & Diceceps, Quadragesima, pro Civitate vero tantum, seu Universitate Castræ, vel Ville, etiam triginta grossos pro Abbatie, & Conventu, seu Capitulo, aut Clero unius Civitatis, vel Diceceps ducatos duos capiant. Abbatii si conceditur, quod annulo, & baculo Pastorali duos, si vero quod Pontificalibus uti, quinque, & quod minores Ordines conferre, duos, & quod privilegiis ad instar aliorum gaudere, decem, & quod vestes benedicere, duos, & Ecclesiæ reconciliare, duos, & benedictionem dare, duos, & Cimiteria reconciliare, decem, & decimatre, decem, & corriger, & Reformare possit, etiam decem grossos capiant, pro corriger ex defectu partis, sex, in minuta Reverendissimi Sanctorum quatuor est octo; ex defectu vero Cancellerie, quia tunc per Regentem in Bulla dicitur, & gratis, unum grossum capiant, pro Coadjutoria Ecclesiæ, aut Monasterii Consistorialis, decem, Beneficii vero quinque grossos capiant, pro commenda cujuslibet Beneficii, duos, Monasterii vero non consistorialis, quatuor, consistorialis vero, decem, & si in eadem Bulla plura Beneficia essent, pro qualibet ultra primum quinque grossos capiant, & idem servetur, ubi mandantur commendari Beneficia, seu Monasteria comprehendendi super incertis, si datur facultas, decem grossos capiant, conferringi Beneficia ubi datur facultas, pro qualibet beneficio duos grossos capiant, charitatibus subdilium imponendi ubi datur facultas, quatuor grossos capiant, Cemiterium ubi conceditur, quod Cappella illud habere possit, duos grossos capiant. Confraternitatis erector, pro qualibet persona duos, & si in expressione personarum, decem, & idem servetur in Confirmatione illius erectionis; Concordia confirmationis ratione, duos grossos capiant; Confessores deputandi licentia in indulgentiis Plenariis si datur, quindecim; in aliis vero, novem grossos capiant; Copia ex registro quando datur, sex grossos capiant. Canonici Ecclesiæ Collegiate ubi conceditur, quod possint uti Almutia, pro qualibet grossos duos, dummodo pro omnibus ultra duos ducatos non capiant. Doctorandi in altero Juriū ubi datur licentia, duos, si in utroque Jure, quatuor grossos capiant. Decimanda facultas si datur Laiis, viginti grossos capiant. Decima unius Villa concessionis occasione, quatuor, ratione vero plurium Villarum, octo, unus autem Castræ, octo, plurium vero Castrorum, quindecim, Civitatis vero unus, & Dioecesis eius, Viginti, unus autem Provinciae, quadraginta grossos capiant. Dispensandi cum illegitimis facultas pro qualibet persona, duos grossos capiant; pro dismembratione Beneficii ad vitam, pro qualibet, duos, & si perpetua fuerit, pro